Fragmentarium

aquilonis accipiunt gentes torpente frigore infidelitatis nimius in
delicte poenarum terror. Cuius magnitudine solent aliquando
homines tremere ac singentu corripiantur frigore. Deus in do
mibus eius cognoscetur, id est credetur per fidem. Alia translatio habet
in gradibus eius. Per gradus autem intelleguntur distinctiones carisma
tum et differentie uirtutum in singulis electis. qui sunt itaque do
mus dei in quibus inhabitat et inambulat. Cum susscipiat eam, id est col
ligens eam ad se sponsam suam uidelicet ubi ipse erit uel etiam coniungendo
sibi eam per fidem non habentem maculam aut rugam. Quoniam ecce reges congrega
ti sunt. Vel hic etiam aperte de gentium uocatione loquitur. Reges inquit gentium
cum sibi subiectis congregati sunt in unitate fidei catholice. Conuenerunt in unum
uel in una fide ut in unum montem Christum. Ipsi uidentes sic admirati sunt. Sub re
ges gentium, id est intellegentes dispensationem redemptionis sue primo admira
ti sunt uim diuine predicationis et maiestatis celsitudinem que tanta mi
raculorum efficatia et laboris constantia prebebat apostolis. Deinde uero contur
bati sunt propter suos errores et peccata ac demum subsecuta est uitalis commotio peni
tentie. Nec solum hoc quin et tremor apprehendit. Ibi dolores ut parturi
entis. Non solum inquit tremore correpti. sed etiam dolore penarum. Nec qua
licumque dolore. sed maximo et ingenti qualis solet esse parturientis, id est pare
re meditantis. In spiritu uehementi, id est in acerrima in districtione futuri
iudicii. Conteres naues tarsis, id est superbiam et insolentiam potentium huius seculi.
Siue etiam argumenta philosophorum et errores ut inuentiones hereti
corum quibus uolant per mare huius seculi impulsi et agitati uento diaboli.
Sciendum autem quia Cassiodorus hunc locum de natiuitate Christi interpre
tatur. quem mox ut Herodes natum audiuit. sciscitantibus a se magis
regem iudeorum timuit perdere regnum iniuste usurpatum. Ideoque turbatus

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_098_62V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4950)